

## PRECES

Sérviam!

**V.** Ad Trinitátem Beátissimam.

**R.** Grátias tibi, Deus, grátias tibi: vera et una Trínitas, una et summa Déitas, sancta et una Únitas.

**V.** Ad Iesum Christum Regem.

**R.** Dóminus Iudex noster; Dóminus Légifer noster; Dóminus Rex noster. Ipse salvábit nos.

**V.** Christe, Fili Dei vivi, miserére nobis.

**R.** Christe, Fili Dei vivi, miserére nobis.

**V.** Exsúrge, Christe, ádiuva nos.

**R.** Et líbera nos propter nomen tuum.

**V.** Dóminus illuminátio mea et salus mea: quem timébo?

**R.** Si consístant advérsus me castra, non timébit cor meum; si exsúrgat advérsus me próelium, in hoc ego sperábo.

**V.** Ad Beátam Vírginem Maríam Mediatrixem.

**R.** Recordáre, Virgo Mater Dei, dum stéteris in conspéctu Dómini, ut loquáris pro nobis bona.

**V.** Ad Sanctum Ioseph Sponsum Beátæ Maríæ Vírginis.

**R.** Fecit te Deus quasi Patrem Regis, et dóminum univérsæ domus eius: ora pro nobis.

**V.** Ad Ángelos Custódes.

**R.** Sancti Ángeli Custódes nostri, deféndite nos in próelio ut non pereámus in treméndo iudício.

**V.** Ad Sanctum Iosephmaríam Conditórem nostrum.

**R.** Intercéde pro fíliis tuis ut, fidéles spirítui Óperis Dei, labórem sanctificémus et ánimas Christo lucrifácere quærámus.

**V.** Orémus pro Beatísimo Papa nostro **N.**

**R.** Dóminus consérvet eum, et vivíficet eum, et beátum fáciat eum in terra, et non tradat eum in ánimam inimicórum eius.

**V.** Orémus et pro Antístite huius dióecesis.

**R.** Stet et pascat in fortitúdi-ne tua, Dómine, in sublimitáte nóminis tui.

**V.** Orémus pro unitáte apostolátus.

**R.** Ut omnes unum sint, sicut tu Pater in me et ego in te: ut sint unum, sicut et nos unum sumus.

**V.** Omne regnum divísium contra se, desolábitur.

**R.** Et omnis cívitas vel domus divísa contra se non stabit.

**V.** Orémus pro benefactóribus nostris.

**R.** Retribúere dignáre, Dómine, ómnibus nobis bona faciéntibus propter nomen tuum, vitam aetérnam. Amen.

**V.** Orémus pro Patre.

**R.** Misericórdia Dómini ab aetérno et usque in aetér-

num super eum: custódit enim Dóminus omnes diligétes se.

**V.** Orémus et pro frátribus nostris Óperis Dei, vivis atque defúntis.

**R.** Salvos fac servos tuos, Deus meus, sperántes in te.

**V.** Mitte eis, Dómine, auxiliúm de sancto.

**R.** Et de Sion tuére eos.

**V.** Réquiem ætérnam dona eis, Dómine.

**R.** Et lux perpétua luceat eis.

**V.** Requiéscant in pace.

**R.** Amen.

**V.** Dómine, exáudi oratióne meam.

**R.** Et clamor meus ad te véniat.

**Sacerdos, si Preces moderatur, exsurgit et addit Dóminus vobíscum, stans etiam dum recitat orationem.**

**V.** Dóminus vobíscum.

**R.** Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Deus, cui próprium est miseréri semper et párcere: súscipe deprecatióne nostram. Ure igne Sancti Spíritus renes nostros et cor nostrum, Dómine: ut tibi casto córpore serviámus, et mundo corde placeámus.

Actiões nostras, quésumus Dómine, aspirádo práveni et adiuvádo prosequere: ut cuncta nostra oratio et operatio a te semper incípiat, et per te cœpta finiátur. Per Christum Dóminum nostrum.

**R.** Amen.

**Omnes dicunt:**

Gáudium cum pace, emendatióne vitæ, spátium veræ pœniténtiæ, grátiam et consolatióne Sancti Spíritus atque in Ópere Dei perseverántiam,

tríbuat nobis Omnípotens et Miséricors Dóminus.

**V.** Sancte Míchaël.

**R.** Ora pro nobis.

**V.** Sancte Gábriel.

**R.** Ora pro nobis.

**V.** Sancte Ráphaël.

**R.** Ora pro nobis.

**V.** Sancte Petre.

**R.** Ora pro nobis.

**V.** Sancte Paule.

**R.** Ora pro nobis.

**V.** Sancte Ioánnes.

**R.** Ora pro nobis.

**Cum adsit aliquis Sacerdos, dignior ait:**

Iube, Domne, benedícere.

**Sacerdos benedicit:**

Dóminus sit in córdibus vestris, et in lábiis vestris, in nómine Patris **✠** et Fílii et Spíritus Sancti.

**R.** Amen.

**V.** Pax.

**R.** In ætérnum.

CONCORDAT CUM ORIGINALI IN ARCHIVO PRÆLATURÆ  
ASSERVATO. =DR. ERNST BURKHART.  
=ROMÆ, 9 IANUARIU 2012.